



Præludium.

Delicias nature, divinum salutamus animal. Hominis ipsius verò delicia, Coraliorum, balsami, Saccharorumque pretiositates, lucundum est, deliciarum delicias, quas, qui emunt, venduntque, magnâ explicant ambitione, contemplari. Sancta hæc nostra ac innocens voluptas, locum in illo quoque habitura quæ fuisset statu, ubi malum exul erat omne. Nunc verò quid suavius oculis, coralio? Quid saccharo amabilius, lingua? Quid olfactui convenientius, balsamo? Si uspiam, hic sanè per extrema certat de primatu excellentissimarum dotum, benigna mater. Discors hæc concordia & discordia concors si à quoquam appelletur, nec præter rationem fiet, nec iudicio iudicium carebit. Sed rem putemus ipsam.

CAPUT I.

De

CORALIO.

§. I. Nomini si inhærendum, pauca dabimus. Coralium communiter scribunt, sed nullo orthographias privilegio. Coralium scribendum. Quanquam, quâ hîc licentiâ usus Claudianus fuerit, dum cecinit:

mergit se subito, vellitq; Corallia Clotho,
non ignoremus. *Κωράλιον, & κοράλιον*, nonnullis quasi *χειράλιον, ὡδὴ τὴν χεῖρα*, quod manibus tactum lapidescat, dicitur. Quò, ni fallor, respiciens Nasò, modulatus est:

Sic & Coralium, quo primùm contigit auras,
Tempore durefcit: mollis fuit herba sub undis,

A

lib. XV.
meta-
morph.
fab. 41.